

# DEDICATORIA.

giendam censeo: imo alijs quibuscunq;  
qui lucri faciendi potius quam cogno-  
scendi desiderio ad eam feruntur, Nisi  
enim natura ad hanc sciētiam assequen-  
dam apti sint, spe sua frustrabūtur. Quod  
affirmare videtur non ex inferioribus  
huius scientiē professoribus Alphidius,  
his verbis. Fili scripturus sum tibi librū,  
cuius verba si intellexeris, hanc artem  
inuenies, si tamen fueris de ijs qui illam  
inuenient. Quapropter Illustris. & Re-  
uerendis. Antistes cum Celsit. T. natu-  
rali animi propensione (quod fere Am-  
plissima familia Illustris. Bauariae Du-  
cum proprium est) hanc scientiam sem-  
per excoluerit, amauerit, & summo stu-  
dio inuestigandam curauerit, quinimo  
alios etiā iuuare, aliorumq; studia pro-  
mouere conata sit, prout testatur Theo-  
phraasti Paracelsi opera sumptibus Cels.  
T. edita, & collegia & gymnasia in di-  
tionis suae Urbibus in pauperū gratiam  
constituta, fundata, & redditibus annuis  
dotata, primum Deum Opt. Max. pre-  
cor, vt votis Celsit. T. annuerē digne-  
tur, & eam tribuere fortunam quae ad  
Dei sit gloriam, & subiectorum sibi po-  
pulorum consolationem. Deinde Cels.  
T. supplex oro & obtestor, vt has clien-  
tis